

**MASS PROPER: FERIA - LAST SUNDAY AFTER PENTECOST,
NOVEMBER 27, OUR LADY OF THE MIRACULOUS MEDAL**

MASS *Dicit Dóminus* (green)

INTROIT Jeremiah 29: 11, 12, 14

Dicit Dóminus: Ego cógito cogitatiónes pacis, et non afflictiónis: invocábitis me, et ego exáudiam vos: et redúcam captivitátem vestram de cunctis locis. (Ps. 84: 2) Benedixísti, Dómine, terram tuam: avertísti captivitátem Jacob. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Dicit Dóminus: Ego cógito cogitatiónes pacis, et non afflictiónis: invocábitis me, et ego exáudiam vos: et redúcam captivitátem vestram de cunctis locis.

COLLECT

Excita, quæsumus, Dómine, tuórum fidélium voluntátes: ut divíni óperis fructum propénsius exsequéntes; pietátis tuæ remédia majóra percípiant Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

For Our Lady of the Miraculous Medal

Dómine Jesu Christe, qui beatíssimam Vírginem Mariám, Matrem tuam, ab origine immaculátam innúmeris miráculis claréscere voluísti: concéde; ut, ejúsdem patrocínium semper implorántes, gáudia consequámur æténa: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE Colossians 1: 9-14

Fratres, Non cessámus pro vobis orántes, et postulantes, ut impleámini agnitióne voluntátis Dei in omni sapiéntia et intelléctu spiritali: ut

The Lord saith: I think thoughts of peace, and not of affliction: you shall call upon Me, and I will hear you; and I will bring back your captivity from all places. (Ps. 84: 2) Lord, Thou hast blessed Thy land: Thou hast turned away the captivity of Jacob. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The Lord saith: I think thoughts of peace, and not of affliction: you shall call upon Me, and I will hear you; and I will bring back your captivity from all places.

Stir up, we beseech Thee, O Lord, the wills of Thy faithful people, that they more earnestly seeking the fruit of divine service, may receive more abundantly healing gifts from Thy tender mercy. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

O Lord Jesus Christ, Who hast willed that the most blessed Virgin Mary, Thy mother, sinless from the first moment of her conception, should be glorified by countless miracles: grant that we, who never cease from imploring her patronage, may attain in the end to eternal happiness. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, we cease not to pray for you, and to beg that you may be filled with the knowledge of the will of God, in all wisdom and spiritual

ambulétis digne Deo per ómnia placéntes: in omni ópere bono fructificántes, et crescéntes in sciéntia Dei: in omni virtúte confortáti secúndum poténtiam claritátis ejus in omni patiéntia, et longanimitáte cum gáudio, grátias ágéntes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctórum in lúmine: qui erípuit nos de potestáte tenebrárum, et tránstulit in regnum Filii dilectiónis suæ, in quo habémus redemptiónem per sánguinem ejus, remissionem peccatórum.

GRADUAL Psalms 43: 8, 9

Liberásti nos, Dómine, ex affligéntibus nos: et eos, qui nos odérunt, confudísti. In Deo laudábimur tota die, et in nómine tuo confitébimur in sæcula. Allelúja, allelúja. (Ps. 129: 1, 2) De profúndis clamávi ad te, Dómine: Dómine, exáudi oratióem meam. Allelúja.

GOSPEL Matthew 24: 15-35

In illo témpore: Dixit Jesu discípulis suis: Cum vidéritis abominatióem desolatiónis, quæ dicta est a Daniéle prophéta, stantem in loco sancto, qui legit, intélligat: tunc qui in Judæa sunt, fúgiant ad montes: et qui in tecto, non descéndat tóllere áliquid de domo sua: et qui in agro, non revertátur tóllere túnica suam. Væ autem prægnántibus, et nutriéntibus in illis diébus. Oráte autem, ut non fiat fuga vestra in hieme, vel sábbato. Erit enim tunc tribulatió magna, qualis non fuit ab initio mundi usque, neque fiet. Et nisi breviáti fuissent dies illi, non fieret salva omnis caro: sed propter eléctos breviabúntur dies illi. Tunc si quis vobis díxerit: Ecce hic est Christus, aut illic: nolíte crédere. Surgent enim pseudochristi, et pseudoprophétæ: et dabunt signa magna et prodígia, ita ut

understanding that you may walk worthy of God, in all things pleasing, being fruitful in every good work, and increasing in the knowledge of God; strengthened with all might according to the power of His glory, in all patience and long suffering with joy giving thanks to God the Father, who hath made us worthy to be partakers of the lot of the saints in light: who hath delivered us from the power of darkness, and hath translated us into the kingdom of the Son of His love, in whom we have redemption through His Blood, the remission of sins.

Thou hast delivered us, O Lord, from them that afflict us: and hast put them to shame that hate us. In God we will glory all the day: and in Thy Name we will give praise for ever. Alleluia, alleluia. (Ps. 129: 1, 2) From the depths I have cried to Thee, O Lord: Lord, hear my prayer. Alleluia.

At that time, Jesus said to His disciples: When you shall see the abomination of desolation which was spoken of by Daniel the prophet, standing in the holy place (he that reads, let him understand:) then they that are in Judea, let them flee to the mountains and he that is on the housetop, let him not come down to take anything out of his house and he that is in the field, let him not go back to take his coat. And woe to them that are with child and that give suck, in those days. But pray that your flight be not in the winter, or on the sabbath: for there shall be then great tribulation, such as hath not been found from the beginning of the world until now, neither shall be: and unless those days had been shortened, no flesh should be saved; but for the sake of

in errórem inducántur (si fieri potest) étiam elécti. Ecce prædíxi vobis. Si ergo díxerint vobis: Ecce in desérto est, nolíte exíre: ecce in penetrálibus, nolíte crédere. Sicut enim fulgur exit ab Oriénte, et paret usque in Occidéntem: ita erit advéntus Fílii hóminis. Ubicúmque fúerit corpus, illic congregabúntur et áquilæ. Statim autem post tribulatiónem díerum illórum sol obscurábitur, et luna non dabit lumen suum, et stellæ cadent de cælo, et virtútes cælórum commovebúntur: et tunc parébit signum Fílii hóminis in cælo: et tunc plangent omnes tribus terræ: et vidébunt Fílium hóminis veniéntem in núbibus cæli cum virtúte multa et majestáte. Et mittet Ángelos suos cum tuba, et voce magna: et congregábunt eléctos ejus a quátuor ventis, a summis cælórum usque ad términos eórum. Ab árbore autem fici díscite parábolam: cum jam ramus ejus tener fúerit, et fólía nata, scitis quia prope est æstas: ita et vos cum víderitis hæc ómnia, scitóte quia prope est in jánuis. Amen dico vobis, quia non præteríbit generátio hæc, donec ómnia hæc fiant. Cælum et terra transíbunt, verba autem mea non præteríbunt.

OFFERTORY Psalms 129: 1, 2

De profúndis clamávi ad te, Dómine:
Dómine, exáudi oratiónem meam: de

the elect, those days shall be shortened. Then if any man shall say to you: Lo, here is Christ, or there; do not believe him: for there shall arise false Christs, and false prophets, and shall show great signs and wonders, insomuch as to deceive (if possible) even the elect. Behold I have told it to you beforehand. If therefore they shall say to you: Behold, he is in the desert, go ye not out. Behold He is in the closets, believe it not. For as lightning cometh out of the east, and appeareth even into the west, so shall also the coming of the Son of Man be: Wheresoever the body shall be, there shall the eagles also be gathered together. And immediately after the tribulation of those days, the sun shall be darkened, and the moon shall not give her light, and the stars shall fall from the heaven, and the powers of heaven shall be moved and then shall appear the sign of the Son of Man in heaven, and then shall all the tribes of the earth mourn; and they shall see the Son of Man coming in the clouds of heaven with much power and majesty. And He shall send His angels with a trumpet and a loud voice, and they shall gather together His elect from the four winds, from the farthest parts of the heavens to the utmost bounds of them. And from the fig tree learn a parable: when the branch thereof is now tender, and the leaves come forth, you know that summer is nigh. So you also, when you shall see all these things, know ye that it is nigh at the doors. Amen I say to you that this generation shall not pass till all these things be done. Heaven and earth shall pass away, but My words shall not pass away.

From the depths I have cried out to Thee, O Lord; Lord, hear my prayer:

profúndis clamávi ad te, Dómine.

SECRET

Propítius esto, Dómine, supplicatióibus nostris: et pópuli tui oblatiúnibus precibúsq;e suscéptis, ómniú; nostrum ad te corda convérte; ut a terrénis cupiditatibus liberáti, ad cæléstia desidéria transeámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǣcula sǣculórum.

For Our Lady of the Miraculous Medal

Beáta Vírgine María intercedénte, cujus précibus exorátus Jesus Christus, Fílius tuus, fecit inítium signórum: da nobis, Dómine Deus, sacraméntum Córporis et Sánguinis ejúsdem Fílii tui pura mente confícere; ut æté;ni convívii mereámur esse partícipes. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǣcula sǣculórum.

COMMUNION: Mark 11: 24

Amen dico vobis, quidquid orantes petitis, credite quia accipietis, et fiet vobis.

POSTCOMMUNION

Concéde nobis, quǣsumus, Dómine: ut per hǣc sacraménta quǣ súmpsimus, quidquid in nostra mente vitíósum est, ipsórum medicatiónis dono curétur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǣcula sǣculórum.

For Our Lady of the Miraculous Medal

Dómine, Deus omnipotens, qui per immaculátam Genetrícem Fílii tui

from the depths I have cried out to Thee, O Lord.

Be gracious, O Lord, to our humble entreaties; and receiving the offerings and prayers of Thy people, turn the hearts of all of us to Thee: that freed from greed of earthly things, we may pass on to heavenly desires. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Moved by the pleading of the blessed Virgin Mary, in answer to whose prayers Jesus Christ Thy Son wrought the first of His miracles: vouchsafe unto us, O Lord God, to minister in cleanness of heart unto the sacrament of the body and blood of the same Thy Son, so as to deserve to sit down to the everlasting banquet of eternity. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Amen I say to you, whatsoever you ask when you pray, believe that you shall receive and it shall be done to you.

Grant unto us, we beseech Thee, O Lord, that through these Sacraments, which we have received, whatsoever in our minds is corrupt, may be cured by the gift of their healing power. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

O Lord God almighty, Who hast willed that all things should be given to us

ómnia nos habére voluísti: da nobis, tantæ Matris auxílio, præsentis témporis perícula devitáre; ut vitam consequámur æté;nam. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǣcula sǣculórum.

through the Immaculate Mother of Thy son: grant that under the protection of this mighty Mother, we may escape all the dangers of these our times, and in the end may come to life everlasting. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.